Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Ad Romanos.

exspectatio creature revelationem
filiorum dei exspectat. Vanitati enim
creatura subiecta est non volens: sed
propter eum qui subiecit eam in spe.
quia et ipsa creatura liberabitur a seru
tute corruptionis in libertate glorie fi
liorum dei. Scimus enim quod omnis cre
atura ingemiscit et parturit usque ad
hoc. Non solum autem illa: sed et nos
ipsi primitias spiritus habentes. et ipsi intra
nos gemimus. adoptionem filiorum dei. ex
spectantes redemptionem corporis nostri.
Spe enim salui facti sumus. Spes autem que
videtur non est spes. Nam quod videt
quis quid sperat? Si autem quod non
videmus speramus. per patiam exspec
tamus. Similiter autem et spiritus adiuuat
infirmitatem nostram. Nam quod oremus.
sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus pos
tulat pro nobis gemitibus inenarrabili
bus. Qui autem scrutatur corda. scit
quid desideret spiritus: quia secundum deum pos
tulat pro sanctis. Scimus autem quoniam di
ligentibus deum. omnia cooperantur in bo
num: his qui secundum propositum vocati
sunt sancti. Nam quos presciuit hos et
predestinauit conformes fieri imagi
nis filii sui: ut sit ipse primogenitus
in multis fratribus. Quos autem predesti
nauit: hos et vocauit. Et quos vo
cauit. hos et iustificauit. Quos autem
iustificauit: illos et magnificauit et
Quid igitur dicemus ad hec? Si deus pro nobis.
quis contra nos? Qui etiam pro
prio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus
tradidit illum. Quomodo non etiam
cum illo omnia nobis donauit? Quis
accusabit adversus electos dei? Deus
qui iustificat. quis est qui condempnet.
Christus iesus qui mortuus est imo qui et
resurrexit. qui est ad dexteram dei. qui
etiam interpellat pro nobis. Quis igitur
separabit nos a caritate christi? Tribu
latio. an angustia. an fames. an nu
ditas. an periculum. an
gladius? Sicut scriptum est. Quia
propter te mortificamur tota die: aestu
mati sumus sicut oues occisionis. Sed
in his omnibus superamus: propter eum
qui dilexit nos. Certus sum enim
quia neque mors. neque vita. neque an
geli. neque principatus. neque potesta
tes. neque virtutes. neque instantia. neque
futura. neque fortitudo. neque altitudo.
neque profundum. neque creatura alia po
terit nos separare a caritate dei. que est
in christo iesu domino nostro. .viii.

Veritatem dico in christo: non men
tior testimonium michi phi
dente conscia mea in spiritu sancto:
quoniam tristitia est michi magna.
et continuus dolor cordi meo. Opta
bam enim ego ipse anathema esse a christo
pro fratribus meis. qui sunt cognati mei
secundum carnem. qui sunt israelite: quorum
adoptio est filiorum dei. et gloria. et testamen
tum. et legislatio. et obsequium. et pro
missa: quorum patres. ex quibus christus secun
dum carnem qui est super omnia deus. benedictus in
secula amen. Non autem quod excide
rit verbum dei. Non enim omnes qui sunt
ex israel. hi israelite sunt: neque qui semen
sunt abrahe. omnes filii: sed in ysaac
vocabitur tibi semen: id est. non qui filii
carnis. hi filii sunt dei. sed qui filii
sunt promissionis estimantur in semine.
Promissionis enim verbum hoc est. Secundum
hoc tempus veniam. et erit sare filio. Non
solum autem illa. sed et rebecca. ex uno con
cubitum habens ysaac patris nostri. Cum
enim non dum nati fuissent. aut ali
quid egissent bonum. aut mali. ut sed